Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



fiat homo in aliquo delicto uos qui spirituales estis hi mi
instruite in spiritu lenitatis considerans te ipsum ne & tu te
teneris. Alter alterius onera portate. & sic adimplebitis legem
xpi. Nam siquis existimat se aliquid esse cum nichil sit
ipse se seducit. Opus autem suum probet unusquisque. et sic in semet
ipso tantum gloriam habebit. et non in altero. Unusquisque enim
onus suum portabit. Communicet autem is qui catechizatur
uerbo ei qui se catechizat in omnibus bonis. Nolite errare.
deus non irridetur. Quecumque enim seminauerit homo hec & metet. quoniam qui
seminat in carne sua. de carne & metet corruptionem.
qui autem seminat in spiritu. de spiritu metet uitam eternam. Bo
num autem facientes non deficiamus. Tempore enim suo metemus.
non deficientes. Ergo dum tempus habemus operemur bonum
ad omnes. maxime autem ad domesticos fidei. S. matheum
Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim unum
odiet. et alterum diliget. aut unum sustinebit. et alterum contemp
net. Non potestis deo seruire & mammone. Ideo dico uo
bis ne solliciti sitis anime uestre quid manducetis. neque corpori
uestro quid induamini. Nonne amplius est anima quam esca. & corpus
plus uestimento. Respicite uolatilia celi. quoniam non seminant
neque metunt. neque congregant in horea. & pater uester celestis
pascit illa. Nonne uos magis pluris estis illis. Quis autem
uestrum cogitans potest adire ad staturam suam cubitum unum.
Et de uestimento quid solliciti estis. Considerate lilia agri quo
modo crescunt non laborant neque nent. Dico autem uobis quoniam nec so
lomon in omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis. Si autem fenum
agri quod hodie est. et cras in clibanum mittitur deus sic uestit. quanto
magis uos modicum fidei. Nolite ergo solliciti esse dicentes.

245